



1. 7.





Hoc volumen continet

1. ad dogmatum anacletum Luc. II. 14. commentaria
2. Basilii diff. de fundamentis vrb. eccl. ad Epist. V. no. 26. 27
3. Basilii de Graeca interpretatione. Libr. I. 2. commentaria diff.
4. Basilii diff. de part. prin. presbyterii Nazarethi Nazarethi Nazarethi
5. Basilii de potestate eccl. ad Galat. XVI. 19. commentaria
6. Wener de vana spe utriusque in dem. controversia ad Rom. XI. 21. 26. 27. diff.
8. Theodori de pena captivit. alumniatorum ad Math. V. no. 37.
9. Augustini diff. de homocidia Jo. Theodori apocryphi ad Co. XII. 27.
10. Basilii de peccatis in Epist. ad Cor. VI. 4. 19. diff.
11. Basilii de profanatione gent. III. 15. commentaria.
12. Basilii de legitimis reprobationibus spe vrb. ad 1. Tess. IV. 13. commentaria.
13. Basilii de requie: de pte in vrb. ad Phil. III. 8. 9.
14. Basilii diff. de vrb. catenae per fidem ad Act. XIII. 38. 39.
15. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. ad 2. Tess. II. 9. 10.
16. Basilii de perpetuitate eccl. ad 1. Pet. I. 24. 25. 26. 27.
17. Basilii de vrb. catenae in vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. ad 2. Tess. II. 3. 4.
18. Commentaria ad Luc. I. de sententia quae Epist. I. Gabrielis in vrb. eccl.
19. Basilii de revelationibus & revelationibus vrb. eccl. diff.
20. Basilii ad Ps. CIV. 15 de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
21. Basilii diff. de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. in V. T.
22. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
23. Basilii de VII. vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
24. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
25. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
26. Basilii quod vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
27. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
28. Basilii vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
29. Basilii vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
30. Basilii vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
31. Basilii vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
32. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
33. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.
34. Basilii de vrb. catenae vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl. vrb. eccl.



JND LX LOCORVM VV  
HOC VOLUMINE EX 100/2  
JORDAN


15. Gen. III. 15.  
20. Ps. CIV.  
8. Math. V. 22.  
5. Math. XXI. 19.  
1. Luc. II. 14.  
18. Luc. I.  
9. Jo. XX. 27.  
14. Act. ~~III. 38. 39.~~  
7. Rom. ~~21. 26. 27.~~ <sup>Luc. IX. 21 p</sup>  
30. - - ~~28. 28. 28~~  
31. - - IX. 5.  
34. - - IX. 61.  
2. Eph. V. 26. 27.  
13. 1 Pet. III. 8. 9.  
12. 1 Pet. IV. 13.  
15. 2 Pet. II. 9. 10.  
17. - - II. 3. 4.  
10. Cor. VI. 4.  
16. 1 Petr. I. 24. 25.



1

AD  
DOXOLOGIAM ANGELICAM

LVC. II, XIV.  
COMMENTATIO.




PROGRAMMA  
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI  
DIE NATALI

A. R. S. M D C C L X I V.

IN

ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P.



HELMSTADII  
TYPIS VIDVAE B. PAVL. DIET. SCHNORRII,  
ACAD. TYPOGR.









ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE  
VICERECTOR  
ET  
SENATVS ACADEMICVS  
S. P. D.  
CIVIBVS ACADEMICIS.

**P**aucis quidem verbis constat, sed rerum, verbis significatarum, et gravitate et ubertate plurimum se nobis commendat Doxologia illa angelica, quam Luc. II, 14 litteris consignatam legimus. Pertinet haec Doxologia ad partem istam historiae evangelicae, a S. Luca conscriptae, specialissimam, qua nativitatis Domini nostri Iesu Christi, recens factae, prima annuntiatio et confirmatio proponitur. Nimirum Scriptor sacer primo annunciationem illius nativitatis, ab uno saltem angelo pastoribus Bethlehemiticis primitus factam, refert c. II, 8-12. deinde vero confirmationem eiusdem, a pluribus angelis illico subiunctam, subiungit quoque v. 13. 14. Atque haec confirmatio, ad modum istius annunciationis, partim relationem quandam historicam de rebus quas vocant circumstantibus, partim confirmationem ipsam complectitur. Prior concepta est verbis: *et subito fuit cum illo angelo multitudo exercitus coelestis, laudantium Deum, et dicentium, v. 13. posterior verbis: gloria in altissimis Deo; et super terra pax; in hominibus bene-*

A 2



*beneficium*, v. 14. iam cum per Dei gratiam iterum in eo simus, Cives carissimi, ut diem natalem Servatoris nostri Optimi publice celebremus; e re Vestra fore existimavimus, si ultima illa verba piae Vestrae meditationi subiiceremus. Ipse autem Deus trinunus gloriosissimus, cui est gloria in coelis altissimis, etiam hanc qualemcunque nostram operam, in terra infima pacata peractam, cum beneficio in nobis cedere iubeat ad Nominis sui gloriam!

Totam Doxologiam angelicam, tanquam trimembrem, in tres distinctas propositiones simplicissime dispescimus. Prima propositio est: *δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, gloria in altissimis Deo*. In hac ipsa propositione autem primo se nobis offert Subiectum *δόξα*, locum fere consuetum hic quidem occupans, cum reliquarum propositionum Subiecta sint transposita, coll. Io. I, i. IV, 24. Quod igitur ad Subiectum istud attinet; ante omnia observare iuvabit, Nomen *δόξα gloria*, aequae ac *δόγμα sententia, decretum*, Luc. II, i. Act. XVII, 7. originem suam debere Verbo *δοκέω*, quod in genere *existimandi* et *censendi* vim habet, atque cum Germanicis *dencken, düncken* sono ac usu utrunque convenit. Hinc nostrum derivatum, proprie quidem et proxime, ut Nomen actionis, notat ipsam *existimationem*, vel *iudicium*, imprimis honorificum, de aliqua re vel persona, eiusque perfectionibus ac praerogativis; tam internum, cum approbatione et aestimatione saltem coniunctum; quam externum, ore et opere demonstratum; improprie vero, vel metonymice, ipsas perfectiones et praerogativas rei, aut personae, quibus iudicium istud innititur: cum Synonymis *τιμή, ἔπαινος, μεγαλειότης, μεγαλωσύνη, εὐλογία*, aliisque nonnumquam coniunctum, vel permutatum, Rom. II, 7. 10. i. Petr. I, 7. Act. XIX, 27. Iud. 25. Ap. V, 12. coll. Io. V, 41. 44. XII, 43. II. Cor. VI, 8. Phil. III, 19. item Matth. IV, 8. VI, 29. I. Cor. XV, 40. 41. 43. Haec si ad *δόξαν*, Deo speciatim in sacris litteris ad-

scri-



scriptam, adplicamus; illa δόξα significat 1) complexum  
 omnium perfectionum compossibilium infinitarum; qui,  
 ad solum quidem Deum relatus, infinita ipsius beatitudo  
 est, qua possessionis illius complexus perfectissime et  
 cum summa delectatione sibimetipsi conscius existit; ad  
 res creatas autem, et maxime intellectu praeditas, rela-  
 tus, maiestas et gloria strictè dicitur, qua, post manife-  
 stationem illarum perfectionum, ob easdem, ut omnium  
 supremus, suprema quoque aestimatione, eiusque demon-  
 stratione, dignissimus haberi debet, Luc. IX, 26. 32. Io. I,  
 14. II, II. XI, 40. XII, 41. XVII, 5. 22. 24. Act. VII, 55. Rom.  
 I, 23. (coll. Luc. IX, 43.) VI, 4. 2) rerum creatarum intel-  
 ligentium iudicium de supereminentibus divinis perfe-  
 ctionibus, in iisdem, earumque cognitione recta, distan-  
 cta, certa, et viva fundarum, adeoque maxime honorifi-  
 cum; quo non solum in mente Deum omnibus rebus in-  
 finite anteponunt, eique summum vel infinitum pretium  
 attribuunt, Ex. XV, II. Ier. X, 6. 7. Pf LXXI, 19. CXLV,  
 3. verum etiam hoc ipsum ore et opere profitentur, rati-  
 one luculentissima et optima, qualibet occasione, quam  
 res creatae earumque mutationes suppeditant, perfectio-  
 nes divinas, nunquam satis celebrandas, sic propalantes,  
 aliorumque aequale iudicium procurantes et promoventes,  
 Phil. II, II. I Petr. II, 9. I Cor. VI, 20. Matth. V, 16.  
 Io. XV, 8. Pf CXLV, 4-13. Sic δόξα accipitur in phrasi-  
 bus, *gloriam Deo dare*, Luc. XVII, 18. Io. IX, 24. Act. XII,  
 23. I Sam. VI, 5. et *gloriam Dei quaerere*, Io. VII, 18. cum  
 quibus coincidunt illae: *Deum glorificare*, Matth. IX, 8.  
 XV, 31. *Deo magnitudinem dare*, Deut. XXXII, 3. *Deum  
 magnificare*, Luc. I, 46. Act. X, 46. Phil. I, 20. *Deum ex-  
 altare*, Pf XCIX, 9. CXLV, 1. *bene de Deo dicere* (εὐλογεῖν)  
 vulgo *benedicere Deo*, Luc. I, 64. II, 28. Pf CIII, 1. 2. *De-  
 um confiteri*, Matth. X, 32. Luc. XII, 8. Pf XCII, 2. *de Deo  
 testari*, Io. XV, 26. 27. Act. V, 32. *Deum laudare*, Luc. II,



13. 20. *offerre sacrificium laudis Deo*, Hebr. XIII, 15. coll. Pf. L, 23. *bonum odorem esse Deo*, 2 Cor. II, 15; et quae sunt huius generis aliae, cum Io. XI, 4. XII, 43. Rom. III, 7. XV, 7. 1 Cor. X, 31. Phil. I, 11. conferendae. Atque haec posterior significatio vocis *δόξα*, non exclusa licet penitus priore, in ea quam excutimus Doxologia, aequae ac in parallelis illis Matth. VI, 13. Luc. XIX, 38. Rom. XI, 36. XVI, 27. Gal. I, 5. Eph. III, 21. Phil. IV, 20. 1 Tim. I, 17. II. Tim. IV, 18. Hebr. XIII, 21. 1 Petr. IV, 11. V, 11. II. Petr. III, 18. Iud. 25. Ap. I, 6. V, 13. maxime locum habet; veluti ex iis, quae ad Praedicatum Propositionis commentabimur, clarissime patebit. Antequam tamen ad hoc progrediamur, cum Subiecto veteres illos Interpretes, sua laude conspicuos, saltem adhuc conferemus. Perf. Whel. pro *δόξα* usus est voce, quae *magnificentiam et maiestatem*, vel magis ad litteram et vi compositionis, *magnitudinis possessionem* dicit. At Perf. Polygl. adhibuit vocem quae *laudem* denotat, et quidem non eam *qua quis laudatur ab alio*, sed eam *qua quis laudat alium*; eamque ad finem propositionis reiecit. Simili ratione Syr. ac Aeth. usurparunt *laudis* vocabulum, idque harmonicum Hebr. *שבח* *laudavit*, proprie, *mollī manu mulsit*, collato Arabismo; unde *laudibus aliquem mulcere* apud ipsos Latinos invaluit; perinde ut horum *mulcere fluctus* ad conciliandam alteram *sedandi* notionem facit. Arabum P. E. et R. *مجد* recte quidem vertitur *gloria*, ut Vulg. Interpr. h. l. *δόξα* exposuit, proprie tamen infert *turgorem*, vel *ubertatem turgidam*, quae deinceps ad *excellētiām* et *gloriam*, quasi *praeturgidam*, translata est; sicut ipsum Verbum *مجد* primitus valuit *tursit*, hincque *intumuit* terra elatior, et porro *gloria praecelluit*, q. d. *tursit* prae aliis, coll. Hebr. *מגד* et *מגדנות*, de *turgore coelorum*, h. e. *uberimo eorum influxu*, qui *uberare* et *turgere* facit omnia, vel de quibusvis rebus, ac speciatim fructibus praecel-

lenti-



fentibus, suoque in genere quasi *practurgidis*, adhibitis,  
 Deut. XXXIII, 13. Cant. IV, 13. 16. VII, 14. Gen. XXIV,  
 53. Denique Arm. parrk *gloria* proprie est Nomen plu-  
 rale, ritu multorum aliorum huius generis, apud Armenos  
 subterminatione plurali significatum quidem Singularis  
 habens, sed rei intensionem eminentiam et copiam sub-  
 innuens. Convenit hoc cum eo, quod non solum *δόξας*  
*glorias*, post *passiones in Christum*, (sc. venturas) h. e. pas-  
 siones Christi, coll. c. IV, 13. V, 1. subsecutas, legamus  
 1 Petr. I, 11. sed et *divitias ac robur gloriae divinae*, Rom.  
 IX, 23. Eph. III, 16. Col. I, 11. II. Thef. I, 9. licet idem  
 Pluralis *δόξας* etiam de magistratibus in *gloria* constitutis  
 adhibeatur II. Petr. II, 10. Iud. 8. Pergamus nunc ad Prae-  
 dicatum primae propositionis: *ἐν ὑψίστοις Θεῷ, in altissimis*  
*Deo*. Certe haec ellipsi quadam Verbi laborant, sive ad-  
 fectui loquentium adscribenda, sive ex studiosa continuac  
 gloriae significatione, cui omisso Verbi inservit, repe-  
 tenda. Supplent igitur ellipsin Interpretes recentiores,  
 veteribus id negligentibus, perinde ut in votis et appre-  
 cationibus, elliptice propositis, e. g. Luc. X, 5. I, 28. coll.  
 v. 29. XXIV, 36. Rom. I, 7. per Verbum Substantivum,  
 vel Optativi, *ἐν sit*, (quos et Lutherus secutus est) vel Im-  
 perativi, *ἔστω εἶσο*, coll. I. Petr. I, 2. II. Petr. I, 2. licet II. Io.  
 3. *ἔσται erit*, quod responder Hebr. *יִהְיֶה* Iob. I, 21. legatur.  
 Nos tamen ex binis istis Doxologiis parallelis Matth. VI,  
 13. et I. Petr. IV, 11. (reliquae enim supra allegatae itidem  
 sunt ellipticae) supplere malumus Verbum Indicativi et  
 Praesentis Temporis *ἔστι est*, sequentibus etiam proposi-  
 tionibus ellipticis accommodandum, ut oratio non sit  
 optantium et desiderantium, quod angelis, Deum his ver-  
 bis iuxta v. 13. laudantibus, minus convenit, sed cum ap-  
 probatione affirmantium et gratulantium. His de ellipsi  
 illa praesuppositis, ipsum Praedicatum primo locum in  
 quo, et consequenter personas a quibus, deinde vero  
 obie-



obiectum personale cui est gloria, designat. Dubium quidem videri posset, an illa *in altissimis* ad gloriam, an vero ad Deum proxime referenda sint? utroque per se firmo talo stante. Scilicet, si posterius eligitur, Praedicatum solum obiectum personale gloriae fuit, hoc sensu: *Deo qui est in altissimis*. Atque omnino Deus propter id ipsum, quod in altissimis coelis, tanquam throno gloriae suae, sedet, etiam vocatur *ὑψιστος altissimus* Marc. V, 7. Luc. I, 32. 35. 76. Act. VII, 48. coll. Matth. VI, 9. XXV, 31. Ies. LVII, 15. LXVI, 1. etiam si cum primis sic denominetur, ob infinitas perfectiones, quibus omnes res creatas superat, iisque praest. Attamen h. l. salva caeteroquin re ipsa, id non innui videtur. Hoc enim posito, vel *Dei* Nomen praeposendum fuisset illis *in altissimis*, quod Interpretes Syr. Ar. P. E. R. Perf. P. W. et Aeth. idem forte rati, contra omnium Graecorum Codicum fidem fecerunt; vel saltem ante *ἐν ὑψιστοῖς* Articulus τῷ adnitionem respondent sequentia *in terra*, aequae ac *Deo* sequens *hominibus* respondet, coll. Matth. VI, 10. Quamobrem potius priorem illam interpretationem amplectimur, et *ἐν ὑψιστοῖς* pro determinatione loci et personarum, in quo et a quibus Deo gloria est, accipimus; ad *δοξάν* proxime referentes, nec tamen ita, ut gloria summi gradus significetur, ceu nonnemini visum fuit. Praecipue nimirum locus gloriae designatur, subintellecto τῶν *locis*. Loca autem altissima, hic, ut in locis maxime parallelis Matth. XXI, 9. Marc. XI, 10. Luc. XIX, 38. sunt coelam summum, in quo Deus cum angelis reliquisque coelitis habitare dicitur, quodque alias coelum tertium appellatur, coelo primo aereo, et secundo sidereo contradistinctum, II. Cor. XII, 2. Denominationis ratio satis perspicua est, cum in ipsa sacra Scriptura vel ad coeli generatim spectati altitudinem, per se in sensu incurren-

tem,



tem, respiciatur, Pf. CIII, II. Prov. XXV, 3. Iob. XXII,  
 12. Insuper coelum ob eandem altitudinem vocatur  
 מרום *locus altus*, Ief. XXIII, 5. Pf. XCIII, 4. et in Plurali  
 מרומים *loca alta*, Pf. CXLVIII, 1. coll. v. 7. Iob. XXV,  
 2. ὑψος *altitudo*, Luc. I, 78. Eph. IV, 8. et ὑψηλα *alta*,  
 Hebr. I, 3. ne quid de origine vocum Hebraearum שמים  
 et ארץ, *coelum et terra*, quarum illa est a Verbo quod  
*altus fuit*, haec vero a quodam quod *humilis et depressus*  
*fuit* significavit, dicamus. Hinc Aeth. quidem ἄψιστος  
 h. l. vertit *in coelis*; Vulg. ad litteram, *in altissimis*; Syr.  
 voce cum Hebr. מרומים exacte conveniente, *in locis al-*  
*tis*; Arm. *in altis*; Ar. P. et Perf. W. *in altitudinibus*;  
 Ar. E. R. Perf. P. et Luth. *in altitudine*. Atque in illo coelo  
 summo, ab angelis non minus quam spiritibus iustorum  
 consummatorum, ob nativitatem Servatoris mundi gloria  
 datur Deo, Ief. XLIV, 23. XLIX, 13. coll. Hebr. XII, 22.  
 23. Delabimur hinc ad Obiectum personale gloriae,  
 quod est Θεός. Dubiae derivationis est haec vox; unde si-  
 gnificatio eius magis usu quam etymologia determinari  
 debet. Certioris autem derivationis sunt Nomina Dei  
 orientalia, ab Interpretibus nostris h. l. adhibita. Sic Syr.  
 et Arabum Nomina, Hebraeo מלך harmonica, desi-  
 gnant proprie *Numen timendum et colendum*, coll. Gen.  
 XXXI, 53. Pf. LXXVI, 12. Ier. X, 7. Matth. XV, 9. Act.  
 XVII, 23. II. Thes. II, 4. Aeth. Nomen, vi compositi-  
 onis, *Dominum regionum*, vel synecdochice, *universi*,  
 Deut. X, 17. Iof. III, II. 13. I. Cor. X, 26. et Arm. iudem  
 vi compositionis, *efficaciter producentem*, Eph. I, 19. III,  
 7. 20. Col. I, 29. Perf. ארץ, quod P. quasi maximum  
 pondus habens, h. l. ab initio propositionis, cum duplici  
 Dativi nota posuit, Pf. CXV, 1. coll. XXV, 1. ob finale pro-  
 prie est abstractum *Deitas*, Col. II, 9. ex concreto ארץ  
*Deus* formatum. Posterius sono convenit cum Germ.  
*Gott*, quasi *Gut*, Pf. XXV, 8. LXXIII, 1. et forte etiam



exinde ortum est, ut *Deus* ex *Θεός*, cum Lingua Persica quam plurima habeat eiusmodi vocabula cum Germanicis convenientia. Potest tamen etiam derivari a Pronomine Pers. *𐎠𐎢𐎡* *ille*, *ipse*, *ipsemet*, coll. Hebr. *אֵל* *ille*, quod ipsi Iudaei inter Nomina divina referunt, Deut. XXXII, 39. Pl. CII, 28. it. *𐎠𐎢𐎡* *Deus*, propr. *ille*, Gen. XIX, 25. Lev. XVIII, 27. Graec. *αὐτός*, 1. Io. I, 7. II, 25. et *ἐκείνος*, c. III, 5. IV, 17. Sed revertimur nunc ad Graecum Nomen *Θεός*, ipsius significationem ex usu sacro determinaturi. Latissime quidem illud quemvis dominum significat, Io. X, 34. 35. I. Cor. VIII, 5. strictissime vero et eminentissime, supremum omnium rerum Dominum, Deum, qui natura et necessario omnibus rebus praesert, unice denotat, 1. Cor. VIII, 6. Io. XVII, 3. Rom. IX, 5. idque non solum praefixo Articulo determinationis et excellentiae, sed etiam sine eo, Io. XX, 28. 1, 6. Rom. I, 7. Atque in eodem hoc significatu, maxime proprio et adaequato, modo essentialiter Deum trinunum, modo personaliter certam Deitatis Personam refert, Io. III, 21. 16. I, 1. Act. V, 3. 4. In dicto nostro Nomen, sine Articulo positum, sine dubio strictissime et essentialiter, Deum trinunum, coeli et terrae Dominum supremum, significat. Non tantum prima Deitatis Persona, vel etiam tertia cum illa simul, sed ipsa quoque secunda, nunc quidem *Θεὸς ὁ δεύτερος*, omnes hae Personae divinae gloriae illius sunt participes. Enimvero singulae, veluti ad causam efficientem incarnationis decantatae pertinentes, perfectiones suas infinitas in eadem manifestarunt, Io. III, 16. Hebr. X, 5. 7. 9. Luc. I, 35. Matth. I, 18. 20. Singulae ergo etiam vel eo nomine, quod in incarnatione ista, perfectionum, sapientiae, potentiae, amoris, iustitiae, et veritatis gloriam inprimis referre fecerunt quam maxime, Hebr. I, 3 coll. Luc. II, 9. Act. XII, 7. II Cor III, 7. Ap. XVIII, 1. dignissimi habentur ab omnibus coelitibus, et speciatim quidem angelis, evangelium



lium gloriosum et mysterii plenum de nato redemptore hominum introspicere desiderantibus, I Petr. I, 12. I Tim. I, 11. ut illis gloriam nominis gloriosissimi propterea dent, Ap. IV, 11. V, 11. 12. coll. Act. VII, 2. Eph I, 17. I Cor. II, 8. Hebr. II, 7. 9. I Petr. IV, 14 dum non solum ipsimet interne, et externe Deum glorificant, sed et talem glorificationem, ab omnibus reliquis creaturis, ac maxime quidem hominibus, praestandam, vehementer desiderant, et quaerunt, Ap. V, 13. VII, 11. 12. XIV, 6. 7. XIX. 1. 2.

Secunda Doxologiae angelicae propositio est: *καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, et super terra pax*, sc. est. Particulam *καὶ*, ritu Hebr. 1 quam plurima significantem, h. l. in significatione sua frequentissima, qua consequentia cum antecedentibus copulat, retinemus, adeoque cum Vulg. Intr. per *et* exponimus: nullam rationem sufficientem, a communi illo usu recedendi, subesse existimantes, Rom. II, 10. Interpretes nostri orientales omnes, excepto Arm. apud quem *iev* et legitur, reddiderunt *καὶ* per 1 suum, illi Hebraeo *πολύσημος* quoad litteram et usum plane respondens. Reliqua propositionis verba Aeth. Perf. P. et Luth. transposuerunt, pacem terrae praeponentes; sive ob respectum ad primam propositionem, in qua gloria coelo praeponitur; sive ob respectum ad alia loca, in quibus pax terrae praemittitur, Matth. X, 34. Luc. XII, 51. coll. Matth. X, 13. Gal. VI, 16. licet contrarius sit locus Luc. X, 6. sive etiam quia hic verborum ordo ipsis magis naturalis visus est. Nos ordinem verborum Textus, communi Graecorum Codicum lectione approbatum, commentando sequemur. Atque sic, post illam copulam, primo se nobis offert praedicatum *ἐπὶ γῆς super terra*, circa quod, ut in prima propositione, subintelligi debet *est*. Praepositio *ἐπὶ*, *super* et *supra*, quamvis hanc notionem usitatam h. l. non prorsus mentiatur, ad analogiam tamen primae, immo et tertiae propositionis, notionem *τῆ ἐν* *in* habere videtur, ut haec quidem sit nota loci *in* quo est



pax. Confirmant hoc imprimis loca parallela Luc. XII, 9. et XIX, 38. quorum primus habet εἰρήνην ἐν τῇ γῆ, *pacem in terra*; et secundus, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, *pax in coelo*, substituentibus hic tantum terricolis *coelo*, pro coelicolarum *terra*, respectu maxime habito pacis terricolarum cum Deo, omnis reliquae pacis et prosperitatis fundamento; collatis locis aliis, in quibus ἐν, vel solitarium, vel cum ἐν coniunctum, idem quod hoc valer, Matth. VI, 10. 19. IX, 6. I. Thef. IV, 7. Atque hinc Interpres Vulg. pro ἐν h. l. posuit *in*, quod ipsum primitus exprimit Aeth. 𐩦, item Perf. W. 𐩦, et Arm. Է; reliquis licet Interpretibus suo על על et בר בר notionem *super* stricte quidem exhibentibus. Ipsius porro loci pacis Nomen, γῆ *terra*, alibi quandoque certam tantum terrae partem ac locum, et speciatim quidem Iudaeam, synecdochice designat, praefixo plerumque Articulo determinativo, nec obstante nota universalitatis praemissa, Matth. II, 6. XIV, 34. 35. Luc. IV, 25. Iac V, 17. Rom. IX, 28. collato οὐρανῷ, sc. γῆ, Luc. II, 1. Act. XI, 28. et 𐤇𐤁𐤏, Gen. XIII, 6. XLVII, 13. Significat vero γῆ etiam totam terram, vel globum terraqueum, coelo contradiiunctum, sive nunc terrae solius, sive simul coeli fiat mentio, Matth. V, 13. (coll. v. 14.) IX, 6. VI, 10. Rom. IX, 17. X, 18. Eaque significatio huius loci est, velut in quo γῆ, et sine ulla restrictione ad certam terrae partem, ipso Articulo deficiente, et cum altissimis coelis coniunctum comparet, accedente rei ipsius, hanc significationem postulantis, evidentia, Col. I, 20. Eph. II, 17. Ies. LVII, 19. Restat subiectum propositi-  
onis transpositum, in quo huius cardo vertitur, εἰρήνη *pax*. Graeca vox, ex origine sua a Verbo εἶρω *necto*, *connecto*, *connexionem*, vel *coniunctionem* plurium personarum aut rerum ad unum denotat. Hinc demum notio *pacis* per u-  
tura



sum invaluit, quia pax connectit hominum animos et studia in unum, atque etiam reliquam vitae socialis coniunctionem retinet et confirmat; quamobrem ipse Apostolus paci *συνδεσµὸν*, h. e. *vinculum* adscripsit, Eph. IV, 3. praecipiens, *servare unitatem spiritus in vinculo pacis*, coll. quoad vocem illam Col. II, 19. III, 14. Act. VIII, 23. et quoad rem, Act. IV, 32. Io. XVII, 11. 21. seq. I Cor. I, 10. Phil. II, 2. Eph. IV, 4. 6. Similiter Arabes, pacem concordiam et foederationem, ab appactione, vel compactione et conglutinatione, illa facta, **سلي** dixerunt. Hoc loco tamen Interpretes nostri Arabes isto pacis vocabulo **سلي** non usi sunt, sed, aequae ac Syr. Aeth. et Pers. P. vocabulo quodam Hebr. **שלום** *pax* harmonico. Iuvabit ergo hac occasione etiam inquirere, a quonam Hebraei pacem **שלום** dixerint? Derivant quidam hanc vocem a Verbo **שלה**, propr. *eliquatus fuit ad defaecatissimam puritatem*, et improprie *tranquillus fuit*, ut **שלום** sit liquida quasi et defaecata tranquillitas, nullis dolorum faecibus sordibusve turbata, et cum liquida opimitate bonorumque abundantia coniuncta, coll. Ar. **سلا**, Hebr. **שלה** et **שרף**, item Dan. XI, 24. Alii vero derivant a Verbo **שלם**, *integer, salvus, incolumis fuit*, nec non *se dedit*, vel *in deditionem venit*, ut sit **שלום** quasi *διδουμένης*, in deditionem veniens, Act. III, 16. Iac. I, 4. I. Thes. V, 23. coll. Io. VII, 23. Ap. XXI, 7. Priori etymologiae, iuxta quam **ש** finale est heemanticum, simulque intensivum, q. d. tranquillitas summa, Ies. XLVIII, 18. LII, 13. Phil. IV, 7. favet analogia nominum eiusdem formae, v. c. **ערום** *nuditas summa*, ab **ערה** *nudus fuit*: posteriori autem etymologiae, iuxta quam **ש** illud est radicale, favent dialecti Chald. Syr. Ar. et Aeth. in quibus pacis nomen harmonicum, Verbum **שלם**, eiusdem cum Hebr. notionis, radicem agnoscit. Vtraque caeterum derivatio cum notione nominis optime convenit, et quaecunque



eligatur, verborum cognatorum alterum conferri simul potest. Quod porro ac usum vocis *עִשְׂרֵן* speciatim attinet; haec, aequae ac Hebr. *עִשְׂרֵן*, stricte quidem pacem proprie sic dictam significat, quae tam absentiam malorum, ab aliis illatorum, seu offensionum, earumque periculi, unde perturbatio timor et dolor oritur, quam praesentiam bonorum, ab aliis, veluti amicis, vel reconciliatis inimicis, collatorum, eorumque expectationis, unde laeta animi tranquillitas oritur, sub se continet, inclusis ipsis malorum bonorumque illorum adiunctis, Matth. X, 34. 35. 36. Luc. XI, 21. XII, 51. sq. XIV, 31. 32. Act. VII, 26. I. Thes. V, 3. Gal. V, 20. 21. 22. Pl. IV, 9. coll. III, 6. 7. CXX, 7. Ies. XXXII, 17. 18. 19. Iob. XXI, 9. Latissime vero utraque vox integrum systema, vel complexum omnis generis bonorum denotat. Hoc significatu Hebraei de pace aliorum interrogabant, Gen. XXIX, 6. XLIII, 27. 28. accedentibus pacem apprecabantur, formula illa salutationis: *pax tibi*, vel *vobis*, sc. sit, Gen. XLIII, 23. I. Par. XII, 18. Io. XX, 19. 21. 26. coll. *שָׁלוֹם* Luc. I, 28. et *שָׁלוֹם* Act. XV, 23. (quam formulam inter Scriptores N. T. imprimis imitatus est Paulus, in omnibus suis Epistolis, excepta ea ad Hebraeos, ut Rom. I, 7. I. Cor. I, 3. II. Cor. I, 2. Gal. I, 3. etc.) et discedentes cum pace dimittebant, dicendo: *abi*, vel *abite in pace*, Ex. IV, 18. I. Sam. I, 17. Marc. V, 34. Luc. VII, 50. VIII, 48. Act. XV, 33. (coll. Luc. II, 29.) XVI, 36. I. Cor. XVI, 11. Addantur his loca Matth. X, 13. Luc. X, 5. 6. XIX, 42. Rom. X, 15. Num. VI, 26. Pl. CXXII, 6. 7. 8. Ies. LII, 7. in quibus ex parte pax per bonum, vel bona, et salutem etiam explicatur. In Dicto nostro significatum priorem cum posteriore ita quidem coniungimus, ut quamlibet pacem, proprie sic dictam, una cum omni reliqua prosperitate intelligamus. Scilicet multifaria est pax et prosperitas, per lapsum primorum parentum a terra ablata,

Ap.



**Ap. VI, 4.** per nativitatem autem principis illius pacis, qui et est ipsa pax nostra, in terra restituta, Ies. IX, 5. Eph. II, 14. 15. Act. X, 36. Io. XIV. 27. Prima, eaque fundamentalis pax, est pax Dei cum hominibus, quae in reconciliatio-  
 ne Dei cum hominibus, per Christum facta, consistit, vi cuius homines a Deo, veluti Deo pacis amoris et gratiae, Rom. XV, 33. XVI, 20. I. Cor. XIV, 33. II. Cor. XIII, 11. Phil. IV, 9. I. Thef. V, 23. II. Thef. III, 16. Hebr. XIII, 20. nihil mali amplius extimescere, sed potius quodvis bonum expectare nunc quidem possunt, II. Cor. V, 19. 18. Rom. V, 10. II. Col. I, 20. 21. Ies. LIII, 5. Secunda pax est pax hominum cum Deo, pacis non minus obiecto, quam subiecto et auctore (unde utraque pax *uvelos* pax Dei dicitur) quae in reconciliatione hominum cum Deo, per Christum itidem parata, consistit, qua omnes homines, qui in Verbum illud reconciliationis, vel Evangelium pacis credunt, II. Cor. V, 19. Eph. VI, 15. II, 17. I. Cor. VII, 15. et qui pedes suos sic dirigi patiuntur in viam pacis, viae doloris Ps. CXXXIX, 24. oppositam, Luc. I, 79. Rom. III, 16. 17. Ies. LIX, 7. 8. ipsimet ex inimicis amici Dei facti, post iustificationem prima illa pace etiam actu fruuntur, eiusque cum summa animi voluptate sibi sunt conscii, tum iam in hac vita, tum maxime in futura, Rom. V, 1. XIV, 17. XV, 13. II. Cor. V, 20. Ies. XXXII, 17. 18. XXVII, 5. LVII, 1. 2. Tertia pax est pax hominum cum hominibus; eaque rursus complectitur, tam pacem publicam saecularem, bellis et persecutionibus publicis oppositam, Act. IX, 31. Ies. II, 4. Mich. IV, 3. ad quam etiam pax mutua Iudaeorum et Ethnicorum, horumque coniunctio pertinet, Eph. II, 12-18. Deut. XXIII, 6. quam pacem privatam, quae partim est hominum irrogenitorum cum irrogenitis, et ipsis regenitis, Act. XXIV, 3. 1. Tim. II, 2. Prov. XVI, 7. coll. Gen. XXXIII, 4. partim hominum regenitorum cum quibusvis hominibus, inprimis



mis vero cum aliis regenitis, Matth. V, 9. Marc. IX, 50. Rom. XII, 18. II. Cor. XIII, 11. I. Thef. V, 13. Hebr. XII, 14. Iac. III, 18. I. Petr. III, 11. Quarta pax est pax hominum cum creaturis reliquis terrestribus, per peccatum hominum inimicis, ipsisque contrariis, per Dei vero reconciliationem itidem pacatis, hominumque libero et innoxio usui inservientibus, Ies. XI, 6-9. LXV, 25. Hof. II, 20. Pf. XCI, 13. Iob. V, 23. Marc. XVI, 18. Act. XXVIII, 3-6. I. Cor. III, 21. 22. 23. Quinta denique pax est pax hominum cum creaturis coelestibus, maxime sanctis angelis, et spiritibus iustorum consummatorum, tanquam amicis, Hebr. XII, 22. 23. Ap. XIX, 10. XXII, 9. Dan. IX, 23. X, 11. 19. Gen. XXXVII, 9. Pf. CXXI, 6. unde etiam haec pax hominum in terra dici potuit pax in coelo, Dei licet maxime respectu habito, Luc. XIX, 38. Omnis haec pax, et cum ea connexa prosperitas omnigena, per nativitatem Christi in terra denuo locum habet, sublato diffidio inter coelum et terram, per eundem principem pacis, per quem Deus reconciliavit omnia, tum quae in terra, tum quae in coelis sunt, dicente Apostolo Col. I, 20. Nec repugnant his loca Matth. X, 34. Luc. XII, 51. Io. XIV, 27. XVI, 33. II. Cor. VII, 5. Pf. CXX, 6. 7. aliaque similia; modo haec partim non de intentione, sed eventu accidentali, qui aliorum culpa accidit, legitime intelligantur, partim cum distinctione inter pacem principalem et minus principalem, quarum illa salva tamen manet, immo confirmatur, etiam si haec collisione facta defecerit, excipiantur.

Tertia et ultima Doxologiae angelicae propositio est: *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*, in hominibus beneplacitum, sc. est. Praemisissent huic propositioni copulam Syr. Ar. P. E. R. et Perf. P. Idem Lutherus noster fecit, omisso tamen καὶ secundae propositionis. Nimirum illi omnes orationem sine hac copula quodammodo hiulcam esse existimant.



stimarunt. Nos haud aegre quidem admittimus supplementum istud, ex secunda propositione, salva tertia ad illam relatione, desumptum. Attamen etiam sine copula Textui suam perfectionem constare arbitramur, ob ipsam illam tertiae propositionis ad secundam relationem, qua illa, cum hac latius patente, veluti strictior per Appositionem epexegetice coniungitur, coll. Marc. IX, 43. 45. XII, 23. 44. Ipsa porro propositio iterum constat ex transposito Subiecto et Praedicato, cum ellipsi Verbi Substantivi. Praedicatum, primum locum occupans, tam notam obiecti, quam ipsum obiectum personale *εὐδοκίας*, circa quod haec occupatur, exhibet. Quoad illam, vocula *ἐν* expressam, cum ratione statuimus, Praepositionem istam h. l. non esse notam Subiecti *εὐδοκίας*, quasi hoc essent homines, obiectum vero *εὐδοκίας* hominum, elliptice omissum, Deus, coll. Iob. XXXIV, 9. Ps. XXXVII, 4. Quamvis enim sensus inde emergens dogmatice sit verissimus, immo etiam tanquam consequens subordinari possit ac debeat, obstat tamen usus voculae *ἐν* cum *εὐδοκία* constructae, quo minus eundem sensum simul pro hermeneutice vero habere possimus, quum Verbum *εὐδοκέω*, cuius constructionem imitatur Nomen, alibi semper cum *ἐν* obiecti construi soleat, Matth. III, 17. XVII, 5. Marc. 1, 11. Luc. III, 22. I. Cor. X, 5. II. Cor. XII, 10. II. Thes. II, 12. Hebr. X, 38. Neglecta vero hac vi significativa *ἔν*, qua obiectum notat, illud, ut redundans, vel certe, vel probabiliter non expresserunt Interpretes quidam, praecedentibus quibusdam Graecis Verbis. Certe *ἐν* plane omiserunt Perf. P. Vulg. et Lutherus: probabiliter autem Syr. Aeth. et Perf. W. Quoad hos enim, legitur quidem apud Syr. littera *ܐܢ*, *ad, erga, versus*, quandoque significans; apud Aeth. eadem littera, nonnunquam *ad, in, pro*, denotans; et apud Perf. W. littera *ܐܢ*, hic illicque *in, ad, cum*, valens; eaque omnia



Graeco *ἐν*, pro quo eodem sensu reperitur *eis*, Matth. XII, 18. II. Petr. I, 17. satis commode applicari posse videntur. Attamen eadem illae litterae longe frequentius ut notae Dativi adhibentur, et Pers. P. qui Syri vestigia plerumque pressit, huius *ἔ* certe non aliter accipit, licet Whelocus Persae sui *ἔ* minus certe per *inter* explicaverit. Caeterum haec omisso Praepositionis *ἐν* cum utraque et activa et passiva acceptione vocis *ἐνδοῦλη* consistere potest. Pergimus hinc ad obiectum personale ipsum *ἀνθρώποις*. Haec vox in genere notat homines, sursum versus erectos, vel vultu sursum spectantes, quippe quibus Deus os sublime dedit, quo coelum tueantur, cum caetera animantia terram prona spectent; ceu ipse Graecae vocis etymologiam Poeta ille expressit. Complectitur sic cuiuscunque populi, conditionis, sexus, et aetatis homines, Iudaeos et Gentiles, superiores et inferiores, mares et faeminas, maiorenes et minorenes, unde etiam vel sine nota universalitatis praemissa pro *quilibet* ponitur, I. Cor. IV, 1. Rom. X, 5. coll. c. V, 12. Matth. XVIII, 23. XIX, 10. Luc. II, 15. XII, 36. 37. Io. III, 4. XVI, 21. Atque hos omnes angeli h. l. sub hominibus etiam complectuntur, perinde ut antea circa *ἄν*, nulla particularitatis nota, immo ne Articulo quidem utentes, sed absolute loquentes, et sibimetipsis contradistinguentes homines, ad quos omnes et solos Iesu Christi nativitas spectabat, v. 10. II. 31. 32. Ies. IX, 5. Gal. III, 28. Hebr. II, 16. Act. X, 34. 35. Nec per merum Pleonasmum, sed de industria, et cum respectu ad h. l. pastores Bethlehemitici v. 15. *homines pastores* appellantur; quasi vero Spiritus S. nos edocere voluisset, pastores illos, ut homines, illico Doxologiam angelicam adplicatione facta confirmasse, Matth. XIII, 45. 52. Io. IX, 16. Quoad Interpretes nostros, quorundam saltem versiones *τῶ ἀνθρώποις* adhuc illustrabimus. Syrus ad verbum vertit per *filios hominis*. Simili ratione He-

He-



Hebraei unum hominem vocant **בן אדם**, et plures  
**בני אדם**, Ez. II, 1. Pf. XIV, 2. coll. Marc. III, 28.  
 Eph. III, 5. voce **אדם** vel adpellative sumpta pro *homo*,  
 ut Gen. I, 26. vel ut proprio nomine primi omnium ho-  
 minis, eminentér et antonomastice sic dicti, cuius filii  
 sunt omnes ipsius posteri, ut Gen. II, 22. V, 3. coll. Act.  
 XVII, 26. ubi Ar. Erp. pro *uno sanguine* substituit *unum*  
*Adamum*, confuso quidem Syri, quem sequi consuevit,  
**דם** *sanguis*, cum eiusdem **אדם** *Adamus*, sensu tamen per ac-  
 cidens bene expresso. Sic et Pers. P. h. l. homines voca-  
 vit **אדמיתא**, *Adamitas*, h. e. Adami filios, vel posteros.  
 At Aeth. pro linguae suae genio illos vocare maluit *filios*  
*Jobolis matris viventium*, h. e. filios Evae, quae fuit mater  
 omnium viventium hominum, Gen. III, 20. Pers. W.  
**مردم**, et Arm. mardik *homines*, conferimus cum Ar.  
 Aeth. **מר** *gleba terrae, terra*, et cum Aeth. **מרה** *pulvis,*  
*terra*, q. d. terreni, pulverei, coll. Gen. II, 7. III, 19.  
 Restat adhuc Subiectum propositionis, actionem circa ob-  
 iectum personale Praedicati occupatam, vel relationem  
 erga illud obiectum continens, *evdoutia beneplacitum*.  
 Quidam Graeci Codices, Versiones, et Patres ecclesiae,  
 pro illo nominandi casu habent gignendi casum, *evdouti-*  
*as*; quomodo ex duabus posterioribus propositionibus  
 una tantum fieret, praecedentis *ev* vel omissione, vel  
 quacunque alia interpretatione iuvanda. Atque Io. Mil-  
 lius, qua fuit in crisi sua inconstantia et fluctuatione, in ipsa  
 quidem Varr. N. T. lectionum collectione, Textui subie-  
 cta, editam nostram lectionem pro recta declaravit; in  
 Prolegomenis suis autem lectionem *evdoutas* omnino recte  
 se se habere iudicavit. Nos hanc variam lectionem, vel  
 ex allitteratione ad praecedens *αὐθωτοῖς*, cuius ultimum *s*  
 facile repeti potuit, vel ex defectu copulae *καὶ* oriundam,  
 ob plurimorum Codicum dissentium, aequè ac similem  
 quorundam lectionem, qua *evdouta* in dandi casu cum *lora*  
 sub-



subscripto legendum volunt, missam facientes, priorem  
 illam, ut communem, et contextui satis conformem, retine-  
 mus. Hoc praesupposito, vis ipsius vocis eruenda nunc  
 erit. Verbum *ἔυδοκέω*, per compositionem suam ex *δοκέω*,  
 de quo supra, et *ἐν bene*, proxime notat bene de aliquo  
 existimare, vel aliquid bonum censere, (eine gute Mei-  
 nung wovon haben, etwas gut zu seyn urtheilen) et  
 consequenter obiectum illud approbare, acceptare, in eo  
 acquiescere, immo quoque delectari, propensoque affectu  
 et benevolenti animo erga illud ferri, idque significare,  
 Matth. III, 17. XII, 18. XVII, 5. Luc. XII, 32. Rom. XV,  
 26. 27. I Cor. I, 21. II. Cor. V, 8. XII, 10. Gal. I, 15. I  
 Thes. II, 8. III, 1. II. Thes. II, 12. Hebr. X, 6. 8. 38. colla-  
 tis Verbis *ἀγάσκειν*, *ἐυαγεσέω*, *ἔυνομέω*, item Hebr. *יָרָא* et *רָצָה*,  
 eorumque collatione. Atqui etiam Nomen *ἔυδοκία* bo-  
 nam de aliquo obiecto, vel reali, vel personali, existimatio-  
 nem infert, cum actionibus illis antea commemoratis con-  
 sequenter coniunctam, Matth. XI, 26. Luc. X, 21. Rom.  
 X, 1. Eph. I, 5. 9. Phil. I, 15. II, 13. II. Thes. I, 11. Haec  
 autem *ἔυδοκία* in Textu nostro cum obiecto quidem per-  
 sonali, sed sine expresso Subiecto, cui inest, subiicitur,  
 perinde fere ut ipsum Verbum *ἔυδοκέω* Col. I, 19. sine ad-  
 dito Subiecto *ἔυδοκίας* deprehendimus. Atque illud h. l.  
 de industria factum esse videtur, ut ne *ἔυδοκίας* ad unum  
 tantum Subiectum restringeremus, cum plura Subiecta  
 omnino sint meditationi nostrae relicta. Scilicet Subie-  
 ctum primum huius *ἔυδοκίας* est sine dubio ipsemet  
 Deus, ex prima maxime propositione subintelligen-  
 dus. Huius *ἔυδοκίας ἐν ἀνθρώποις*, Servator, tanquam  
*αἰτίας* Hebr. V, 9. per nativitatem suam restituit, dum  
 homines capaces effecit, ut Deus de ipsis, cum Chri-  
 sto fide coniunctis, bene existimare, eosdem approbare et  
 acceptare, immo in iisdem acquiescere et oblectari pos-  
 sit; exclusa omni displicentia, vel etiam, si ita loqui li-  
 cet,



aet, indifferentia, inclusa autem benevolentiae et favoris  
 gratuiti demonstratione qualibet, Eph. I, 5. 6. 9. Hebr.  
 XI, 6. XIII, 21. Col. I, 10. I. Io. III, 22. (coll. Io. VIII, 29.)  
 Deut. XXVIII, 63. Ies. LXI, 2. LXII, 3-5. LXV, 19. Zeph.  
 III, 17. Mal. III, 12. Pf. XVI, 3. XLV, 12. Subiectum vero  
*εὐδοκίας* secundarium sunt ipsi huius Doxologiae auctores,  
 sancti angeli, quorum pax cum hominibus, vi secundae  
 propositionis restituta, eorundem *εὐδοκίας* quoque comi-  
 tem habet. Scilicet, remota per Servatorem naturam  
 ipsorum angelorum displicentiae in hominibus ratio-  
 ne, illi per ipsam suam conformitatem cum Deo, intuitu  
 relationis novae hominum ad Deum, non possunt non ite-  
 dem in hominibus beneplacitum habere, idque ipso ope-  
 re demonstrare: comprobantibus hoc praeterea sacris lit-  
 teris, Luc. XV, 7. Io. I, 28. Apoc. XII, 12. Dan. IX, 23. X,  
 II, 19. Restat ut Interpretes nostros etiam quoad ulti-  
 mam illam *εὐδοκίας* vocem conferamus. Apud Syr. pro  
 ea legitur סברא טובא, quod nonnulli *nuntium bonum* ver-  
 tunt; respicientes, vel ad *nuntiandi* notionem Verbi סבר,  
 vel ad *nuntii* notionem Nominis collactanei סברתא. Re-  
 ctius autem alii, ratione habita usus Nominis סברא, pe-  
 nes quem *spem* denotat, sicut et ipsum Verbum סבר, non  
 solum *nuntiandi*, sed etiam *sperandi* ac *expectandi* vim ha-  
 bet, Syriaca illa per *spes bona* interpretantur: quomodo  
 Syrus Graeca *δοκία* et *προδοκία* in mente habuisse vide-  
 tur. Atque confirmat hanc interpretationem Syri se-  
 quax Persa P. *bona spes* certe transferens, eademque cum  
 Syro ad initium propositionis reducens. Pers. W. vero  
 pro *εὐδοκία* posuit *bona cogitatio*; id quod et Graecae vo-  
 ci per superiora satis convenit, et Syriacae סברא *existi-*  
*matio, opinio*, immo et ipsi Verbo Syr. סבר, quod *cogi-*  
*tandi existimandique* potestate etiam gaudet. Arabes P.  
 E. R. usi sunt suo مشرّة *laetitia, delectatio, lubentia, bene-*  
*placitum*, descendente a Verbo شر *lactus, labens, et bilaris*  
 fuit,



fuit, delectatus est, beneplacitum habuit; quo ipso Verbum *εὐδοκῆω* Matth. III, 17. et alibi expresserunt. Aeth. subiuncto simul Pronomine eius, ad Deum certe relato, adhibuit vocem ככרת, quae benevolentiam, beneplacitum, gratiam, favorem, studium et desiderium importat, derivata a Verbo ככר acquievit, contentus fuit, gratum acceptumque habuit, adnuit, adprobavit, propitius fuit; cui cognatum est Verbum ככר uber fuit, uberes fructus tulit, quod originem Hebr. ככר pandit. Arm. usurpavit suum hadiouthium beneplacitum, cum Verbo hadjil placare et placere, nec non cum Nomine hadjui gratus conferendum. Vulgar. denique, quasi in suo Codice legisset *εὐδοκῆας*, pro praecedentium omnium nominandi casu, in gignendi casu vertit bonae voluntatis. Hoc autem cum praevio Dativo hominibus constructum, idem est quod ἀγαθῶτος εὐδοκῆμενοι; posterioribus bonae voluntatis, h. e. benevolentiae, naturam Adiectivi induentibus, perinde ut vir desiderii est vir desideratus, vel desiderabilis, Dan. X, 11. 19. II. Cor. VI, 2. Ies. XLIX, 8.

Intelligetis ex hactenus prolatis, Cives aestumatissimi, quam ingens momentum penes ipsos sanctos angelos habuerit Iesu Christi nativitas, quantoque illi plausu eandem nativitatem, totumque cum ea connexum redemptionis opus exceperint. Laudabant angeli et celebrabant Deum super incarnatione Θεανθρώπου, etiamsi hic non ipsis sed hominibus natus esset. Quidnam igitur incumbere putatis Vobis, ad quos incarnatio ista proxime spectavit? Adeone Vos permittetis, angelos pudorem suffundere Vobis, silentio et tacurnitate intempestiva gravissime peccantibus? Gloria est Deo in coelis altissimis, simul atque coelitis in redemptionis opere innoverat, imprimis multifaria Dei sapientia, Eph. III, 10. angelique, idem illud opus incurvato quasi inclinatoque capite penitus introspicere gestientes, I. Petr. I, 12. coll. Luc. XXIV, 12. Io. XX, 5. Iac. I, 25. quam-

cun-




cunque suam huius mysterii, quod magnificiunt et venerantur, cognitionem ad gloriam Deo dandam referunt. Atque haec gloria quoque sit, et maneat Deo in coelis! Sit vero etiam, et maneat Deo gloria in terra, in qua, veluti publico quodam theatro, ipsemet Θεωδωτος olim gloriam suam spectandam dedit, Io. I, 14. I. Io. I, 1. quid? quod in terra multo magis gloriam Deo dent homines, redemptionem suam religiosa admiratione, devotione et veneratione celebrantes! Pax porro per Iesu Christi nativitatem in terra est. Columba illa, sub diluvii finem ad Noachum quondam revertens, oleae quoddam folium, pacis symbolum, huic afferebat, Gen. VIII, 10. 11. Princeps noster pacis ipsam pacem terrae attulit. Omnimoda pax et prosperitas nunc certe in terra denuo locum habet. Persuasum sit Vobis, Cives carissimi, ipsam illam pacem saecularem, qua, (Deo pacis debentur gratiae!) post tristissimum istud bellum iam fruimur, et, prouti speramus, diu saltem adhuc fruemur, nativitatis Θεωδωτος esse fructum amplissimum. Utimini ergo hac pace qua tali, eamque cum reliqua pace, per Servatorem parta, felici connubio ita coniungite, ut ante omnia quidem, tanquam fide iustificati, cum Deo pacem habeatis per Dominum nostrum Iesum Christum, Rom. V, 1. deinde vero etiam cum omnibus hominibus, quantum modo in Vobis est, pacem colatis, c. XII, 18. Illa pax Dei, omnem cogitationem et intellectum exsuperans, cum hac pace coniuncta, veluti militari praesidio custodiet corda et cogitationes Vestras in Iesu Christo, Phil IV, 7. Beneplacitum denique Dei angelorumque in hominibus restitutum est eadem Θεωδωτος nativitate. Per Vestram fidem! Cives, an non hoc utrumque beneplacitum, cum alta Dei pace instar comitis pari passu ambulans, Vobis instar omnium beneplacitorum esse debet? Idem igitur beneplacitum, quod Vobis satis superque

suffe-



fuffecerit, Vestrum quoque facite, o Nostri! atque id  
omni studio ope et opera Vestra agite, ut si vel etiam  
sine Vestra culpa hominibus displiceretis, quod usu veni-  
re solet, Deo tamen angelisque placeatis in Iesu Christo,  
Vobis nato: cui, quippe Deo super omnia, celebrando  
in saecula, Rom. IX, 5. aequae ac Deo Patri, et Deo Spi-  
ritui Sancto, est atque sit gloria in saecula saeculorum,  
Amen. P. P. in Academia Iulia Carolina, in vigiliis

diei natalis Domini nostri,  
A. MDCCLXIV.





AB: 194322

ULB Halle 3  
003 249 751




sb.


12











AD  
DOXOLOGIAM ANGELICAM

Lvc. II, xiv.

COMMENTATIO.



PROGRAMMA


DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI  
DIE NATALI

A. R. S. M D C C L X I V.

IN

ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P.



HELMSTADII

TYPIS VIDVAE B. PAVL. DIET. SCHNORRII,

ACAD. TYPOGR.

